

Alte Drucke

Pavli Castrensis In ... Codicis Partem Patauina[m]e Pr[a]electiones, Francisci Curtij, multorumq[ue]; qui hactenus Doct. incubueru[n]t Appendicibus ...

Paulus <Castrensis>

Lugduni, 1553

De rebus alienis non alienandis, & de prohibita rerum alienatione uel
hypotheca. Rubrica.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150729

Pauli de Castro Prima super Codice.

- a **¶** Per procurat. Ad de q. de iura. q. sunt dux opi. vide p. Bar. in l. gallus. in §. forsi tan. ff. de h. & posth. Bald. in auth. nisi rogati. C. ad treb. in l. si quis alumnus. C. de nup. & in l. post mortem. in ff. de adopt. Io. an. in regula si q. de regu. iur. lib. vj. in mer. Abb. & doctores. in c. veniens. de cogn. spi. Ant. de bu. in c. per venerabile. qui filij sint legi. Fed. de senis cōsi. xv. inci. quæstio talis est. syn. dicitur eiusdem vniuersitatis.
- b **¶** Subscribens. Adde gl. in c. si q. præsbytero. de rebus eccl. nō alie. l. distrahente. hoc tit. l. si qua per calumnia. C. de epis. & ele. Bar. in l. quæ doctis. ff. solu. ma. Barb. cons. lxxxv. incip. l. iud. referā in medium. in v. col. in ij. vo. & an. subscrip. vnius faciat tantā fide ac si ille totā scripturā scripsisset. Vide per Lud. rom. in l. admonendi. in xix. col. ff. de iureiur. Bal. in l. cum antiquitas. C. de testam. Bald. in prin. ff. in vlt. col.
- c **¶** Vel sigillans. An si gillum apposuit scripturæ facit illā auth. vide Io. an. in c. ij. de fo. compet. lib. vj. in nouella. doct. in ele. statuti. de ele. card. zab. in c. scripta. in i. col. de si. infra. & in c. peruenit. in v. no. de fideiul.

subest cōsensu suus: ex quo cōtractus perficitur. sed eodē modo si procurator egreditur formā mandati, & non cōtrahit vt procurator, sed vt nuntius, nō valet cōtractus: quia deficit substantia cōsensu. l. absentis per hanc legem. Ex quibus omnibus collige plura notabilia. quæ per se patent. & dicit Doct. quod iste tex. nō est alibi. & inducit Cy. ad q. de qua in c. accedens. extra. de præben.

¶ Si in mandato procuratoris dicatur talis constituit talē procuratorem, & nuntium speciale: an poterit procurator concipere verba cōtractus prout vult, vel in personam suam: tanquā procurator talis. vel in personam domini: tanquā nuntius?

Episcopus volens conferre beneficium alicui absenti, si dicit inuestio talem absentem per te cōsanguineum suū: & sic dirigat verba in istum tanquā nuntium, si non habet ad hoc mandatum: licet absens postea ratificet, non acquiritur sibi ius in beneficio.

Quid si diriget verba in ipsum, tanquā procuratorem: vel nego. gesto?

Quid in matrimonio, an possit cōtrahi per procuratorem habentem speciale mandatum?

Maritus non potest acquirere uxori actionem: nisi quando recipit emphyteusum pro se & uxore.

Quod potui nolui: quod nolui adimplere nequini.

An ex contractu inutili transferatur dominium?

Facilius acquiritur alteri per alterum dominium, quam obligatio personalis.

LEX VII.

¶ Vm per eos. Ex contractu eius qui potestati meæ subiectus est factio nomine meo acquiritur mihi actio: quam possum per me, vel per alium intentare. sed si nō est meo iuri subiectus, acquiritur sibi. quā ille vel alter cui cesserit, intentare potest. hoc dicit. alias leges videte per vos. Item circa l. multū. no. ¶ quod illa quæ sunt dicta circa vltimum casum non videntur habere locum: attenda forma qua vtuntur notarij timore huius. l. quia dicunt talis constituit talem procuratorem, & nuntium speciale: & sic potest concipere verba prout vult. vel in personam suam, tanquā procurator: vel in personam domini, tanquā nuntius. cuius contrariū habetur hic in tex. & gl. Bar. autē in l. qui autē. §. si. ff. de consti. pecu. dicit quod illa verba & nuntium speciale. nil operantur. nisi in his quæ specialiter fuerint commissa: quia nō potest esse nuntius nisi in illis: cum semper requiratur speciale mandatum in nuntio. Bal. hic tenet contrariū, & melius. quia in his quæ cadunt in generali mandato tantū operatur generalitas respectu cōmunium, quantū specialitas respectu quorūdam: vt in l. si duo. de admin. tuto. ff. si ergo in generali mandato venit quod possit emere, vel vendere: vt quia fuit constitutus cum libera administratione: tunc videtur specialiter commissum quod emat, vel vendat: quia quodlibet particulare comprehenditur in specialitate censetur specialiter expressum. ergo tanquā in expresse commissio poterit loqui vt nuntius. In his autem quæ non cadunt sub generalitate: vt sunt illi casus in quibus requiritur speciale mandatum, fateor dictum Barto. procedere. ¶ Item inducuntur prædicta. si Episcopus volens conferre beneficium cuidam absenti, inuestiat quendam suum cōsanguineum pro illo: si dirigat verba in absentem, puta inuestio talem absentem per te cōsanguineum suum: & sic dirigat verba in istum tanquā nuntium: si non habet ad hoc mandatum: licet absens postea ratificet, non acquiritur sibi ius in beneficio: quia factum falsi nuntij non ratificatur. secus si diriget verba in ipsum tanquā procuratorem, vel nego. gesto. rem. puta te inuestio presentem & recipientem nomine illius: sic videretur intelligi notabili in c. accedens. de præben. ¶ Item in matrimonio. licet Canonistæ teneant quod possit contrahi per procuratorem habentem speciale mandatum: vt in c. fina. de procura. li. vj. glo. tamen iuris ciuili dubitat. & videtur sententia contrariū in l. sufficit. ff. de spon. & videtur hæc opinio verior de rigore iuris: quoniam actus qui celebratur per procuratorem, perficitur ex consensu ipsius procuratoris. quia cōcipit verba in suam personam: sed ille qui celebratur per nuntium, non perficitur ex consensu nuntij: sed ex consensu mittentis. quia cōcipit verba in personam illius. dicens, quia talis qui mittit me ad te, emit talem rem me eius nuntio mediante: & verba eius in portante. tanquā pica, vel organum. sed matrimonium nō potest perfici nisi ex consensu ipsorum iugalium. ergo si cōstituitur procurator ad contrahendum matrimonium, nō poterit cōcipere verba in suam personam. dicendo, cōtraho tecum matrimonium nomine talis: licet perficeret ex consensu. sed debet concipere in personam consentientis: dicendo talis contrahit matrimonium tecum me mediante. & sic loquitur vt nuntius, non vt procurator. ergo non per procuratorem sed per nuntium est contrahendum inter absentes. nisi dicamus quod fauore matrimonij procurator specialiter constitutus ad matrimonium contrahendū, censetur constitutus meliori modo quo potest constitui. & sic nuntius potius quā procurator. quia verba nō repugnant. cum omnis nuntius sit procurator: vt hic dicit in gl. & sic posito quod in procuratorio nō dicatur vt nuntius specialis, nihilominus poterit concipere verba in personā absentem, tanquā nuntius. & nō habebit locū quod hic dicit. sed si ille qui cōtrahit nō sit absentis, nō habet mandatum: puta pater sub cōsuetudine cōtrahat matrimonium nomine filij, cōcipiendo verba in personā illius: puta filius me mediante contrahit matrimonium tecum me valens: nec reconualescit per ratihabitionem secundum Pet. vt fert hic Cy. licet dominus Inn. videatur tenere cōtrariū forte de aequitate magis, quam de rigore fauore matrimonij. ¶ Postea no. virum non posse acquirere mulieri actionem. dicit Alber. fallere cum recipit emphyteusum pro se & uxore. vt in auth. de alie. & emphy. §. emphyteusum. Item no. verba illa ad quæ allegantur. quod potui nolui quod volui adimplere nequini. in quibus in c. cum super de offic. deleg. ¶ Item quod ex contractu inutili transferatur dominium. quod est verum. nisi sit expressum per legem reprobatus. vt in l. non dubium. supra de legibus. de ex eo, vel ob id de pos. autem clarum est cum consistat in facto. quod transferatur. vt in l. j. §. si vir. ff. de acqui. pos. Item quod si alius acquiritur alteri per alterum dominium, quā obligatio personalis. ratio tangitur in gl. si.

De rebus alienis non alienandis, & de prohibita rerum alienatione uel hypotheca. Rubrica.

- 1 **¶** Subscribens, vel sigillans aliquam scripturam, censetur consentire contentis in ea: si sciebat contenta.

LEX I.

- 1 **¶** Præsidi. Omnes leges huius tituli. vique ad l. si. exclusiue tractant de prima parte rubricæ. & volunt hoc in effectu. Quod si venditor alienas aliquo titulo habili ad transferendum dominium rem alterius tuo nomine sine voluntate illius, non transferat dominium: nisi vendas iure creditoris. vel ratione alicuius officij publici, ex quo habeas potestatem transferendi: & quod dominus re extante & non præscripta non potest à te petere pretium. quod non succedit loco rei. sed debet vendicare rem à te sefore: & potest. nisi tibi successerit hæreditario iure: quia tunc teneatur de euictione, ex persona tua repelleretur per exceptionem quem de euictione tenet actio & c. l. vendicantem. ff. de euic. Re autem perempta vel præscripta potest in subsidium à te repetere pretium: ne remaneat in damno. nec videtur contentum licet sigillauerit instrumentum venditionis, si ignorabat contenta in eo. hoc dicunt in effectu istæ. l. quæ omnia examina vt gl. nē no. in l. mater. & l. cum à matre. §. de rei ven. & in Spec. de lud. quod dixi de sigillo in l. ij. idem habetur in suscriptione. supra plus valere quod agitur. l. si. Ex ¶ quibus à contrario sensu colligitur quod subscribens, vel sigillans, aliquam scripturam, censetur consentire contentis in ea: si sciebat contenta. de hoc tenet dicit vt in l. Casus. ff. de pigno. actio.

- 2 **¶** Verbum alienatio. quid comprehendat?
- 3 Si per statum prohibetur res alienari in forensiam censetur prohibita etiam usufructus, & an etiam pignoratitio rei?
- Quid in prohibitione alienationis facta à testatore ne hæres possit alienare aliquam rem in aliquem de confortibus?
- 4 Prohibitus alienare, an possit locare ad longam tempus?

de hoc loquitur in d. l. de cautela, quod prohibito contrahentium habeat impu-
l. de translatione domini.

LEX

VII.

Ancimus. Lex ista tractat de secunda parte
rubricæ. & dicit q. prohibitio aliena-
tionis facta à. l. vel à testatore, vel à contrahentibus, im-
portat hoc q. nō possit transferre dominium directum
vel utile nec aliquod ius in re, siue illud ius sit pars domini vlti-
mus fructus, siue non: tamen sit tale per q. posset res aduocari. tamen
fructus constitutum in re, quod habeat vltimum rei incommutare: vt
fructus pignoralis. hoc dicit illa. l. i. & hoc de largo significa-
tione verbi alienat. quod verificatur in quolibet prædiorum:
sed de stricto & proprio significato non comprehenditur nisi
translatio domini directi, vel utilitatis. & illa tantum censere pro-
hibita. vt no. in auth. de resti. & ea quæ parit super verbo alienari.
in glo. mag. & hic in glo. Ex quo dicit Bal. q. quod si per statutum
prohibetur res alienari in forensem: cum verba statuti debeant
strictè & propriè intelligi: non censetur prohibita constitutio
vltimi fructus in aliquem forensem: nec etiam pignoratitio rei. pro
quo videtur casus in. l. in quorum. ff. de pigno. Et idem si testator
odio consortium hæredi mandat vel iubet quod non possit ali-
quam rem alienare in aliquem de consortibus suis. quæ deposti-
tio est odiosa. ideo non prohibetur hæres constituere vltimum
fructum, vel pignoratitiam rem hæreditariam consorti. nisi pignoratitio
esset facta in fraudem. quæ præsumeretur si facta fuisset pro tan-
ta pecunia quanta valet: quia non esset verisimile quod vnquam
cum lucratur: vt habetur in. l. qui habebat. ff. de lega. iij. Sed an
possit locare ad longum tempus ille qui est prohibitus alienare?
videtur tenere quod sic in. l. codicillis. §. instituto. de lega. iij.
sed per omnes reprobatur per. l. i. §. qui in perpetuum. si ager ve-
nditur. quia ex tali locatione transfertur dominium utile. & sic
contra prohibitionem. & dicitur ad longum tempus, quando
ad decennium, vel ultra: in quibusdam tamen locis seruatur q.
vlti ad quinquennium. & ad prædicta facit clemen. i. cum ibi no-
tatur de re. eccle. non alie. licet autem ista. l. videatur æquiparare
prohibitionem legis, & prohibitionem testatoris, & etiam contra-
hentium, quantum ad significatum verbi: tamen quantum ad ef-
fectum non æquiparantur: quia prohibitio legis vel testatoris, q.
vim legis habet: operatur vt impediat translatio domini: & q.
alienatio sit ipso iure nulla. sed prohibitio contrahentium nō im-
pedi translationem domini: sed facit vt veniens contra prohibi-
tionem teneatur actione personali ad interesse: nisi in quibusdā
casibus specialibus. in quibus impeditur translatio domini. &
hoc examinatur bene in. l. ea lege. §. de condi. ob cau. & ad hoc tē-
dit prima gl. quam plenius examina. vt in. d. l. ea lege. Querunt
tamen doct. vtrum sit dare aliquem modum vel cautela, quod
prohibitio contrahentium habeat impedire translationem domi-
ni. & Cy. ponit hic plures modos, & aliquos reprobatur. Bart. tan-
quam in. l. qui absenti. ff. de acqui. pos. in. §. si. & finaliter dat modum
clarum & apertum quod promittatur poena vel interesse si fiat
contra: & pro tali poena & interesse obligetur illa res, quæ prohi-
bitur alienari. tunc enim propter ius pignoris, quod prohibens
habet in re, impeditur translatio domini: textus est in. l. si creditor
§. si. ff. de distrac. pig. secundum vnam litteram negatiuam. quæ est
vera. prout refert Bar. fecisse videri in pandectis, cum ille casus
ibi de facto accideret, & etiam domino Francisco tigrini de pi-
sa. unde cum hodie semper in instrumentis publicis partes pro-
mittant obseruare conuenta: & pro obseruatione prædicta obli-
gentur & omnia bona sua: semper impeditur domini translatio
secundum opinionem prædictam. Tangit hic Cy. aliquas quæ-
stiones. sed plenius vide per Barto. in l. filiusfam. §. diui. ff. de le-
gis primis. vbi multa circa materiam tangit. tene primam solu-
tionem gl. quia communiter tenetur.

De communium rerum alienatione. Rubrica.

LEX

I.

Nulla Sicut quis non potest transferre do-
minium rei quæ est in totum aliena:
ita si est communis inter ipsum & alterum, non
potest transferre dominium partis alterius. nisi
si sit fidei, qui ex privilegio potest rem quam
habet cum priuato, vendere. & transfert dominium etiam par-

tis socii. de parte sua verò quis potest face-
re quod vult: & alienare etiam alteri quàm
socio. nec potest socius illam aduocare ab
emptore: etiam in privilegio militari. hoc
dicit. totus tit.

De pactis inter emptorem & ven-
ditorem compositis. Rubri.

1. Si agitur ut res sit inempta si pretium non solvatur, tunc hæc resolutio contractus non dicitur nouus contractus: sed distractus.
2. Si per statutum esset soluenda gabella de quolibet contractu, non habebit locum in hoc distractu: cum non sit nouus contractus.
3. Quid in retrovenditione? Quando contractus resoluitur, restituitur res vendita cum fructibus perceptis etiam ante moram: sed in retrovenditione nō restituntur fructus ante moram percepti.
4. Verbum pertinet, vel reuertatur, an sit verbum directum: an obliquum?
5. Pactum de retrovendendo pro eodem pretio non est improbatum à iure, tanquam faciat presumi contractum pignoratitium, & factum in fraudem usurarum.
6. Quid si venditio esset facta pro multo minori pretio quam ualeret?
7. Ex pacto incontinenti appositum quod oriatur actio præscriptis verbis.
8. Oblatio sola, an sufficiat: ad hoc ut quis possit agere ex contractu, & sic ad actionem consequentem?
9. Casus in quo ex solo pacto sine traditione vera vel ficta transfertur dominium.
10. Per electionem unius ex contrariis censetur quis alteri iuri contrario renuntiasse.
11. Per actum contrarium videtur quis renuntiare iuri suo quod habet de iure communi, & quid si habeat ex privilegio?
12. Venitor qui poterat uti pacto legis commissorie, & rem uendicare, si petat pretium, vel usuras eius, an statim perdat ius uendicandi quod habet ex pacto etiam ante quæ pretium vel usuras consequatur?
13. Si locum tibi finium, cum pacto quod debeam tibi consignare quedam infra mensem, alia possis recedere à conuentione, & ego non consignari, nec tu recedisti: & petisti quod tibi consignem promissum: & ego obtuli me paratum, & nunc tu uis à peti-
tione recedere, an possis?

LEX

I.

I ea lege. Pactum appositum incontinen-
ti iuxta contractum venditionis su-
per resolutione contractus si pretium non solu-
tur, vel de retrovendendo pro eodem pretio, si ve-
ditor voluerit, valet: & ex eo oriatur actio præscri-
ptis. & etiam informatur actio ex vendito: vt competat ad id quod
deuenit in pacto: & ultra hoc si est pactum legis commissorie:
quod est quando agitur ut res sit inempta, datur utilis in rem. nisi
si tali pacto sit renuntiatum per actum contrarium. hoc dicit ista
l. cum tribus sequentibus vsque ad l. initio. & ista l. i. & iij. & liij.
loquuntur de pacto resolutiuo contractus. in hoc tamen differunt
quia. l. i. & liij. loquuntur quando pactum non sonat in l. com-
missoriam: & sic non facit haberi venditionem pro non facta sed
liij. quando sonat in l. commissoria. quia agit ut res sit inem-
pta si pretium non solvatur. quæ quidem resolutio contractus
non dicitur nouus contractus: sed dicitur distractus. vt not. gl. fi.
§. quando lice. ab emp. dilec. l. i. Et ideo si statutum diceret q. de
quolibet contractu soluatur gabella non haberet locum in hoc
distractu. cum non sit nouus contractus. Lex autem. ij. loquitur
in pacto de retrovendendo pro eodem vel diuerso pretio. quo
venditio retro facta esset contractus nouus: & veniret soluenda
gabella. & non diceretur soluere primum. vt no. in. d. gloss. fin.
quæ declarat istas. li. Ex utroque tamen nascitur actio præscrip-
ta. ex ipso pacto quod nascitur coherencia contractus, & etiam in-
formatur actio ex vendito, competat ad id quod deuenit in pa-
cto. Est & alia differentia. quia quando contractus resoluitur, re-
stituitur res vendita cum fructibus perceptis: etiam ante moram.
vt j. e. l. cum te. & ff. de in diem adict. l. item quod. sed quando fit
restitutio, nō restituntur fructus ante moram percepti: sed reman-
ent apud emptorem primum. vt. l. ij. in fi. Rō diuersitatis. quia resolutio
trahitur retro, vt habeatur perinde ac si facta non fuisset. sed no-
uus contractus nō trahit retro. Præfata autem resolutio vel sit ipso iure,
re, q. sonat in pacto. l. commissoria. quia fuit dictum q. res sit empta
vt j. eo. l. si à te. Siue quod venditio pro nō facta habeatur. q. idē
est: & tunc transfertur dominium ipso iure sine noua retra-

Statutum. Adde de
hoc & dic vt per d.
Frā. de Are. in consil.
suo cxxv. col. iij. ver.
circa secundum prin-
cipale. & ibi an com-
prehendat pignus vel
hypotheca. & theori-
cam Paul. de ca. hic
vt communem refert
& sequitur d. Barto.
lozi. in suo cōsil. lxx-
v. col. ij. ver. circa se-
cundū. & an locatio
ad longū tēpus di-
cat alienatio. vide p.
Alex. de Imol. latē in
cōsil. j. col. ij. & seq. in
tit. vo. & de locatio-
ne de nouēnio in no-
uennium. per eūdem
Alex. in cōsil. cv. in
tit. vol. Cur.

Gabella. Ad Ber-
rach. de firmo i trac.
de gabelis.

putat. l. i. om-
ni. p. s. o. i. e.